

temporum suorum^{u)} ordinate^{v)} dissererem^{v)}), in fine vero totius operis singulas eius particulas ad idem pertinentes per singulas materias quibusdam titulis et notulis concordarem⁷⁾).

Denique, quoniam, ut superius dictum est, ex diversis actoribus^{w)} hoc opus contextum est, ut sciatur, quid cuius sit^{x)}), singulorum dictis eorum nomina annotavi, ac ne facile transponerentur^{y)} de locis propriis, nequaquam in margine, sicut fit in Psalterio glossato^{z)} et^{aa)} Epistolis Pauli vel in sententiis, sed inter^{bb)} lineas ipsas, sicut fecit^{cc)} Gratianus in compilatione canonum^{cc)}, ea inserui⁸⁾). Interdum etiam ea, que ipse vel a maioribus meis, scilicet modernis doctoribus, didici vel in quorundam scriptis notabilia repperi^{dd)}, nomine meo, id est actoris^{ee)}, intitulavi.

Illud autem lectorem non lateat: nonnulla in hoc opere, maxime^{ff)} de gestis sanctorum martyrum et confessorum, non ita penitus abbreviata esse, ut volui, quia nimirum aliis quoque^{gg)} studiis per obedientiam interdum^{hh)} occupatus et intentus non omnia manu propria, sed pleraque per manus notariorum abbreviavi, ut potui. Verumtamen hoc quoque nichilominus attendat, quod nimis abbreviata narratio legenti vel audienti minus sapiat.

Ut autem huius operis partes singule lectori facilius elucescant, ipsum totum opus per libros, et libros per capitula distinguere volui, quod et „Speculum Maius“ appellari decrevi: „Speculum“ quidem eo, quod quicquid fere speculatione, id est admiratione vel imitatione dignum estⁱⁱ⁾ ex hiis, que in mundo visibili et^{kk)} invisibili ab initio usque ad finem facta vel dicta sunt, sive etiam adhuc^{ll)} futura sunt, ex innumerabilibus fere libris colligere potui^{mm)}, in hoc uno breviter continentur;

^{u)} *fehlt* H_2 ; *folgt* et tandem etiam de hiis, que in fine temporum futura sunt DR ^{v-v)} *fehlt* H_4 ^{w)} auctoribus $H_1H_3H_4H_5NR$ ^{x)} est R
^{y)} transponeremus D_2D_3 ^{z)} *fehlt* D ^{aa)} *folgt* in D ^{bb)} intra D_2D_3
^{cc-cc)} in decretis DN ^{dd)} reppere H_2 ^{ee)} *fehlt* H_3 ; auctoris N_1 ^{ff)} *folgt* que HNR ^{gg)} *fehlt* D ^{hh)} *fehlt* D
ⁱⁱ⁾ *fehlt* H_3DR ^{kk)} vel D ^{ll)} ad hec N_1 ^{mm)} *folgt* et H_2

⁷⁾ Am Ende jedes Speculum steht jeweils ein Inhaltsverzeichnis, das die einzelnen Bücher mit ihren sämtlichen Kapitelüberschriften aufführt.

⁸⁾ Vincenz vermeidet es, die benutzten Autoren nur in Randglossen aufzuführen, da diese leicht verschoben werden. Vielmehr nennt er seine Quellen immer jeweils auf der Zeile selbst (so muß das *inter* gedeutet werden: zwischen den Linien, d. h. auf der Zeile selbst; er hat nämlich nicht etwa Interlinearglossen verwandt). Die zitierten Beispiele für Schriften mit Randglossen spielen auf die Werke des Petrus Lombardus an, nämlich auf den Psalmenkommentar, die Kollektaneen zu den Paulus-Briefen und die vier Bücher Sentenzen.